

Littere responsoriales Sigismundi III. Regis Poloniae ad Palatinum Hungariae.

74

Quae de statu presenti regni Hungariae sinceritas vestra ad nos literis suis praescripserit, grata imprimis fuerunt, nam et sacra caesarea maiestati cognati et affinis nostri charissimi plurimum cupimus, et tam vicini nobis regni Hungariae periculis merito commovemur, optamusque, ut clementia caesarea maiestatis bellis isthic exortum incendium, nuper extinctum amplius ne repullulet. Rem sane nobis gratam sinceritas vestra fecerit, si de omnibus periculis, quae vel ditionibus nostris, vel Hungariae ipsis imminerent nos mature commouerit, nobis quoque vicissim cura erit, ut si quid eiusmodi deprehenderimus, sinceritatem vestram certiores faciamus. Et schledula his nostris literis adiuncta intelliget sinceritas vestra eos, qui toties datam caesari fidem ruperunt, nec nunc quiescere posse, sed ad omnes notendi occasiones paratum habere animum.

38

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*